

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 4. An Angeli sint naturaliter incorruptibilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

moteri localiter, non pati seu recipere aliquā &c. Etenim agentia agit seipso immediate, sicut actio ab illis distinguitur, ut multi volunt; debet ab illis immediate exire, & non alia actione intermedia, ne ad eatur in infinitum. Similiter recipietia, seipso immediate aliquid recipiunt: sicut passio distinguitur ab illis, & à forma recepta, ut multi volunt; debet saltē ipsa passio immediate recipi, ne sit progressus infinitus in recipiendo quaecunq; paucionem dedianter alia. Sic denique unita seipso quoque vniuntur: sicut unio aliqua media interponitur, debent saltem immediate vniuersitate: atque ita impossibile est unionem omnem ab ipsis distinguere. Alioquin autem non vniuentur, aut ante omnem unionem supponeretur unio. Quemadmodum ergo nec vniuersitate seipso per vium simplicem suam vniabilitatis, possunt tamen carere tali exercicio virtualiter distinctio, & agentia vel patientia, possunt carere exercitio virtutis actuæ aut passione: sic natura substancialis apta & iustificans per se ad subsistendum, independenter ab altero ut terminante ipsius existentiam; potest carere viu & actualitatē ratiō sufficientiæ, licet realiter indistincta: & fieri dependens à divisione supposito.

Obicitur secundū, naturam diuinam non esse sufficientem seipso formaliter ad subsistendum, sed egere tribus positivis realiter distinctis inter se, & virtualiter distinctis ab ipsa. Ergo multò magis natura creata non est seipso formaliter sufficiens ad subsistendum, sed constituitur formaliter substantiens per aliquid positivum, quod cum non possit distinguere tantum virtualiter, & inadæquatè à natura, ut diuina hypostases, quia in creatis non datur talis distinctio, debet realiter distinguere. Confirmatur, quia qui vniuentur in superioribus, dividuntur in inferioribus, propter maiorem ipsorum limitationem & imperfectionem.

Ad primum Respondeo naturam diuinam esse seipso formaliter sufficientem ad subsistendum: & subsistere formaliter per modum essendi ab ipsa realiter indistinctum, qui modus est triplex realiter, non propter esse ratiō diuina limitationem, & imperfectionem, sed propter summam & inimitabilem perfectionem & communicabilitatem, propter quam est eadem numero in tribus personis, inadæquatè tantum à natura distinctis, realiter vero ab invicem. Et quamvis natura diuina, præcise sumpta ab illo triplici modo, non sit intrinsecè formaliter substantiens (in quo est similis naturis creatis), quæ non substantiunt per se formaliter, præcise sumpta sine modo & actualitate essendi per se, terminoque illo & complemento naturali sua existentiæ, quo etiam possunt priuari, ut in mysterio Incarnationis factum est) tamen sicut natura diuina non propter ea substanti per aliquid à se distinctum realiter, sed per illum triplicem modum essendi relativum, & actuum vel pas-

siū ad intra, sive vello in re distincto superaddito: sic neque modus substantialis, sive actualitas existendi per se, natura substancialis creata, distinguitur ab ipsa realiter. Et verū quidem est quamlibet triū substantiarum diuinarum distinguere inadæquatè à natura: non tamen id, quia non includuntur formaliter in essentia præcise sumpta: sed quia nulla figuratio est adæquata toti essentiæ, quæ propter suam infinitudinem perfectissimam, & summam illimitationem, est communicabilis identice tribus distinctis iuxta se realiter: quod in creaturis est inimitabile.

Ad confirmationem Respondeo, si vniuersum que vniuentur in superioribus, dividuntur in inferioribus, propter maiorem ipsorum limitationem & imperfectionem: que de causa maior debet esse distinctio in creatis inter naturam & hypostasim, quam in diuinis: sequitur in supremis Angelis. Ebene ut minimum esse tres hypostases realiter distinctas inter se & à natura. In Angelis vero in inferioribus, & in hominibus, & brutis, aliisque corporibus, multò plures, non minus distinctas realiter à natura, quam inter se. Tum quia debent magis distinguere in creatis, quam in Deo: tum etiam quia in creatis non datur talis identitas realis extermorum distinctorum realiter inter se, & tamen identificatorum in uno tertio. Quare plures illæ hypostases creatae, distinctæ realiter inter se, debent esse, quæ distinguuntur à natura. Probatur sequela: quia non erit maior diuisio in inferioribus, quam in superioribus, id est, in creatis, quam in diuinis, inter naturam & hypostasim, & in modo subsistendi; nisi natura distinguatur à parte rei ab hypostasi, & nisi substantia triplici saltem modo hypostatico realiter distincta. Absurditas vero illius sequelæ est per se manifesta.

SECTIO IV.

An Angelis sint naturæ litter incorruptibiles?

Nota primò, incorruptibile illud dici, quod non modò non corruptitur, Corruptionis
dupliciter
litteratur non corruptetur: sed ne quidem corrupti potest. Itaque queritur: Angeli sint naturæ litter incorruptibiles, est querere, utram Angelii sint talis naturæ, ut corrupti non possint?

Nota secundò, corruptionem sumptu dupliciter. Primo, strictè, pro destructione, aut dissolutione compositi substancialis materia & forma constantis. Sicut generatio & opposita est effectio compositi substancialis ex materia & forma. Secundò, latius, pro qualunque desitio rei, quæ ab esse trahit ad non esse. Quo sensu corruptione idem est generatione ac desitio seu defectio, & incorruptibilitas est deinde atque indefectibilitas.

Nota tertio, tripliciter aliquid posse dici naturaliter indefectibile. Primo, absolute, quia est talis naturæ, ut per nullam potentiam destrui possit. Secundo, respectu, solum

In corpore
sibile &
mater.

670 Disput. XXXVI. de Angel. Sect. III.

potentia Dei ordinata, agentis scilicet secundum exigentiam causarum naturalium. Quod nimurum talis est natura, ut destrui non possit a Deo, vrente solum potentia sua ordinata, & agente tantum secundum exigentiam causarum naturalium. Et hoc adhuc dupliciter intelligi potest. Vel primò, quia in toto ordine causarum naturalium nulla est vis per quam destrui possit; adeoque nulla est causa naturalis, quod Deus exigit ut res illa destruatur, quare Deus agendo tantum secundum exigentiam causarum naturalium non potest illam destruere. Vel secundò, quia res illa naturaliter & intrinsecè exigit nunquam deficere, sed esse semel acceptum retine in perpetuum.

Ageli sunt. His prenotatis, Dico primò Anglos esse naturaliter incorruptibiles respectu cuiuscunque potentiae, sive ordinatae, sive absolutae, sumendo strictè corruptionem pro dissolutione compositi substantialis ex materia & forma constantis. Patet: quia cum careant compositione ex materia & forma, ut supradictum ostendimus: non possunt dissolui in partes, quibus non constat. Quare hoc sensu sunt naturaliter & absolutoe incorruptibiles respectu potentiae cuiuscunque.

Dico secundò, sumendo latius incorruptibile, prout idem est quod indefectibile quam sunt, substantialiter, certum esse Angelos non defeccti. Nam boni aeterni durabunt in gloria, mali in pena, ut dicitur Matth. 25. v. 41. & 46. Luc. 20. v. 36. & in epist. Iude Apotholi vers. 6. ubi dicitur Angelos qui non teruauerunt suum principatum, esse vinculis aeternis sub caligine referatos. Angeli autem nulli alii sunt praeter bonos, & malos. Confimatur ex epist. Sophronij recitata in VI. Synodo Generali act. 11. & approbata act. 13. vbi sic habetur: *D*ns suis operibus presidens, principiisque omnibus temporale constituens, sensibilius qui leni fini temporali supposuit: Intellectu vero & insensibilia, hec meliori dignitate dignatus est. Et nullatenus qui em moriuntur, neque corrupti, iuxta quod sensibilita defluerit, atque pererantur: sed gratiam largius est corruptione ea & amore coercendum. Sic luminaria anime permanent incorrupte: sic Angelii immortales perseverant. Eodem fertur, quod ait Dionys. cap. 4. de diu. nom. initio, Angelos vitam habere semper eternam, & quæ imminui non potest, ab omni interitu, morte, materia, & generatione, solam ac liberam. Idem denique probant fortissimi, que ex Cyrillo Alex. Damasc. aliisque Patribus & ex Concilio Lateran. suis Leone X. proferemus paulò post. Verum quod Angelii non sint re ipsa destruendi, non sufficiunt, ut dicantur naturaliter indefectibiles. Sicut ex opposito, licet a Deo absolute destrui possint, quippe a quo liberè conservantur: id tamen non sufficit, ut censeantur naturaliter defectibiles, cum Deus possit supra naturam &

contra operari, eaque conseruare, quæ naturaliter sunt defectibilia, & destruere quæ naturaliter sunt indefectibilia, si quæ talia sunt.

Dico tertio, Angelos esse naturaliter indefectibiles respectu potestia ordinata, prius saltem modo ex duobus propositis nro. 33. Probatur, quia nulla est de causa secundis, quæ sit tantæ virtutis naturalis ut Angelos interim, aut eorum interitum naturaliter exigit. Deus autem non operatus naturaliter, ut causa prima, nisi iuxta exigentiam causarum secundarum. Quare si nulla est causa secundis id exigit, Deus non potest, iuxta cursum naturalem rerum operando, Angelos interimere. Quod autem nulla est causa secundis id possit aut exigit, probatur, quia non possunt Angelii definire defectu cause materialis, aut formalis, aut dispositionum in materia requisitarum: cum sint substantiae simplices, à subiecto independentes, & per creationem propriæ dictam productæ & conseruatæ. Quare si causa secunda potest illis interitum inferre, superest ut id faciat in genere causæ sufficientis, vel etiam in genere causæ finali, ad eum modum, quo censent aliqui *bonum*, & species, & habitus naturales definire ex fine, propter quem sunt naturæ fluxæ, & non diu persistentes, ob incommoda v. g. quæ è contrario sequerentur, si non semper durarent. Talis autem exigentia finalis nulla in Angelis apparet. Efficiens vero impossibilis est. Nam vel destruere negatione actionis, definendo influere influxum necessarium ad conseruationem Angelii: & hoc non: quia res quæ proprieatate creaturæ pendent à solo Deo in conseruati, quæ ac in fieri. Conseruatio enim huiusmodi rerum nihil est aliud, quam creatio continuata, seu iugis & perennis influxus in esse rei ex nichilo productæ. Vel secundò, actione destruentiæ, sive per ipsum aliquem virtutis inferentis interitum directe & immediate. Et haec actio meo iudicio est impossibilis: quia nihil potest immediate definire, nisi per cessationem influxus necessarij ut conserueretur. Quamdiu enim iste durat, res existit: quia habet quicquid est necessarium ut sit, quæcunque demum alia actio circumpunctum vel res alias exerceatur. Adde quod si possibilis est huiusmodi actio directe & immediate destruientia: illa non minus est difficilis circa res propriæ creatas, quam si ipsa creatio quia est à quæ independens a concursu subiecti. Quare non mindis est Dei propria. Sed neque videtur esse possibilis ciusmodi actio purè destruientia. Quia omnis actio est influxus virtutis agentis: quæ non potest in nihil influere. Destrucentia autem tendit & terminatur ad nihil, sive ad non esse rei. Quare secundum ordinem causarum naturalium nihil est à quo Angelii possint aut debeat interitum pati. Atque eatenus saltem dici debent esse naturaliter indefectibiles.

Idem efficaciter colligitur ex definitione Concilij Lateranensis sub Leone X. Lateran.

VI. Synod.

Dionys. *D*e fidelitate, quod ait Dionys. cap. 4. de diu. nom. initio, Angelos vitam habere semper eternam, & quæ imminui non potest, ab omni interitu, morte, materia, & generatione, solam ac liberam. Idem denique probant fortissimi, que ex Cyrillo Alex. Damasc. aliisque Patribus & ex Concilio Lateran. suis Leone X. proferemus paulò post. Verum quod Angelii non sint re ipsa destruendi, non sufficiunt, ut dicantur naturaliter indefectibiles. Sicut ex opposito, licet a Deo absolute destrui possint, quippe a quo liberè conservantur: id tamen non sufficit, ut censeantur naturaliter defectibiles, cum Deus possit supra naturam &

sess. 8. vbi in quādam fidei declaratione à Concilio Vñitueō approbata, damnat omnes

*Qui de natura anima rationalis aut si sunt dicens
quod mortalis sit.*

*Anima rationis est vnum ex pernicioīs erroribus à fidelibus
naturaliter reflexu eiusdem potentia.*

Concilio damnamus & reprobamus omnes afferentes animam intellectuam mortalem esse. Cum illa non solum verē, & perse, & essentialiter humani corporis forma existat: verū & immortalis. Quod manifestè constat ex Euangelio, cùm Dominus ait, *Animam autem occidere non possunt.* Et, *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodiāt eam.* Quibus verbis Concilium docet animam rationalem verē, & per se, & essentialiter, ac proinde ex natura sua, esse immortalē eo sensu, ut à tormentis & aliis causis naturalibus, mortem corporis inferentibus, interimi non possit. Si autem anima rationalis est talis natura: multò magis Angeli, quibus perfectius conuenit spiritualitas & immortalitas, ut ipsorum excellētia præ anima suadet.

37. Eodem sensu intelligentum puto iū quod suprà retulimus ex Dionyl. cap. 4. de diuin. nom. initio, Angelos habent vitam semipernam, & que imminui non potest (à causis naturalibus) ab omni interitu & morte solutam ac liberam. Ex illud Cyrilli lib. 8.

Thesauri cap. 2. Que naturis præcipue insunt, ea respectu Creatoris nihil sunt. Quare sicut ignis combustivus quidem est, sed non Deo: sic Angelus immortalis quidem est, sed non Deo. Quibus verbis Cyrillus hoc saltem intendit, quid sicut ignis naturaliter ita est combustivus, ut eius vis à nullo agente creato suspendi possit, sed solum à Deo: sic Angelus ita est immortalis, ut à nullo alio, quam à solo Deo possit impediti, ne perpetuū sit. Hoc etiam saltem intendunt veteres illi, qui aiunt, *Immortale, esse differentiam naturæ Angelicæ, eamq; ponunt in eius definitione.* Definitio enim debet tradi per naturalia & essentialia, quoad fieri potest. Quare eorum sensus est, Angelos esse talis naturæ & essentia, ut saltem respectu causarum naturalium sint immortales, id est, indefectibiles. Sic autem Angelum definit S. Athanas. in lib. de communi essentia Diuinitatis, Augustin. vel potius alius antiquus auctor apud August. in tractatu de cognitione vera vitæ cap. 6. & Damascell. in lib. Institutionum cap. 7.

Sint Angelis naturaliter indefectibiles, etiam respectu potentiae absolute, ita ut exigant harū suā, & ab intrinseco, semper esse, postquam producti sunt: sive ad hoc ita determinati, ut Deus aliter faciens violentiam inferat, sicut si ignem calore priuaret, aut causam secundam concursu debito; quia faceret contra exigentiam intrinsecam, sive naturalem quandam necessitatēm perpetuū manendi postquam semel creati sunt, grauis est controversia, quæ sequentibus sectionibus examinanda est.

SECTIO V.

Proponitur sententia affirmans Angelos exigere naturaliter incorruptionem.

Hanc partem affirmantem tenent Bañes & Molina ad artic. 5. quæst. 50. Suar. lib. I. de Angelis cap. 9. & 10. Less. lib. 3. de Summo bono num. 112. & Merat. lib. 9. de Angelis sect. 2. quæcum sententia his præcipue argumentis quæderi potest. Primo, quia in Concilio Læteran. sub Leone X. sess. 8. definiuit, *animam rationalem non solum verē, per se, & essentialiter humani corporis formam existere &c. per eum & immortalē.* Vbi notanda verba illa, *verē, per se, & essentialiter,* quæ manifestè sonant naturalitatem & exigentiam intrinsecam. Videntur autem cadere in variis extremitate propositionis, & connecti per particulas, *non solum &c. verū & immortalē.* Si autem anima intellectuā sunt intrinsece immortales & essentialiter in actu primo, seu quod exigentiam: erit à fortiori Angeli, qui sunt perfectiores: ut claram videtur affirmare Cyril. suprà cit. cunctis ait: *Quæ naturis præcipue iū sunt, ea respectu Creatoris nihil sunt. Quare sicut ignis combustivus quidem est, sed non Deo: sic Angelus immortalis quidem est, sed non Deo.* Hæc Cyrillus: cuius Cyrilli hæc verba specialiter notanda sunt, *Quæ naturis præcipue insunt.* Notanda etiam est illa comparatio ignis & Angelii, in virtute comparandi, & manendi perpetuū. Quam utramque dicit præcipue insse eorum naturis: adeoq; intrinsece & essentialiter: quod enim est præcipuum in qualibet re, est illius essentia.

Huc etiam facit, quod, ut suprà notauimus, multi Antiquorum definierunt Angelum, Substantiam incorpoream, intellectualem, immortalē: intrinsecè scilicet, & ex natura sua immortalem, & quæcum incorpoream & intellectualem. Item quod non implicat tales à Deo creari substantias, quæ exigant naturaliter esse perpetuū, per quam creatæ sunt: in quæ diuinam imitantur naturam, quæ per necessitatem quandam essentiam, & absolutam exigit semper esse, ac null modo posse deficiere substantialet. Vtq; in impetu projectis impressis, & in sono, & speciebus sensuum externorum, est exigentia tantum ad persistendum brevissimo tempore, quo fungantur officio ad quod à natura instituta sunt: coequi lapsu naturaliter deficiunt; nam nulla alia causa defitionis probabilius afferri potest: species vero inter se: & habitus naturales longius quidem durant, desuetudine tamen sola deficiunt tandem, Deo concursu subtrahente, quem ulterius non exigunt. Plantæ autem, & animalia, certas habent ita periodos, ad quas naturaliter tendunt, easque exigunt, ut pro aliquo tempore perficiantur, & adolescent, tum in statu perfecto aliquando iument, à quo deinceps sensim ad senium labantur, & ad inter-

380

Sententia affirmans. Probarur ex Lateran.

390

Probatur ratione.